

Ignis ante ipsum præcedet, \* et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fúlgura ejus orbi terræ : \* vidit, et commóta est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a fácie Dómini : \* a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justítiam ejus : \* et viderunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adorant sculptíla : \* et qui gloriántur in simulácris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : \* audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiae Judæ, \* propter júdicia tua Dómine :

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : \* nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum : \* custódit Dóminus ánimas sanctorum suorum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde lætítia.

Lætámini justí in Dómino : \* et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

**Aña.** Trahe me post te, in odórem currémus un-

guentórum tuórum: óleum effúsum nomen tuum.

**Aña.** Veni sponsa Christi, \* áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**Psalmus cxxij.**

**C**Antáte Dómino cánticum novum : \* quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : \* et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : \* in conspéctu Géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, \* et veritátis suæ dómui Israel.

Viderunt omnes términi terræ \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : \* cantáte, et exsultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : \* in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini : \* moveátur mare, et plenitúdo ejus: orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini : \*

quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, \* et pópulos in æquitáte.

**Aña.** Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**v.** Elégit eam Deus, et præelégit eam. **℟.** In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Pater noster. **Absolutio.** A vínculis. **v.** Jube domine. **Benedictio.** Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

**Lectio vij. Cap. xxv.**

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discíplis suis parábolam hanc : Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus : quæ accipientes lámpades suas exierunt óbviám sponso, et sponsæ. Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

**Homil. xij. in Evangelia.**

**S**æpe vos, fratres caríssimi, admóneo prava ópera fúgere, mundi hujus inquinaménta devitáre : sed hodiérna sancti Evangélii lectióne compéllor dicere, ut et bona quæ ágitis, cum

magna cautéla teneátis : ne per hoc quod a vobis rectum géritur, favor aut grátia humana requirátur : ne appetítus laudis subrépat, et quod foris osténditur, intus a mercede vacuétur. Ecce enim Redemptóris voce decem virgines, et omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitúdinis jánuam non omnes sunt receptæ : quia earum quædam, dum de virginitate sua glóriam foris épetunt, in vasis suis óleum habére noluérunt.

**℟.** Hæc est Virgo sapiens quam Dóminus vigilántem invénit, quæ accéptis lampádibus sumpsit secum óleum : \* Et veniente Dómino, introívit cum eo ad núptias. **v.** Média nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exíte óbviám ei. — Et.

**Bened.** Cujus, **vel** Quarum festum cólimus.

**Lectio vij.**

**S**ED prius quæréndum nobis est, quid sit regnum cœlórum, aut cur decem virgínibus comparétur, quæ étiam virgines prudéntes et fátuæ dicántur. Dum enim cœlórum regnum constat, quia re-

probórum nullus ingréditur, étiam fáuis virgí-  
bus cur símile esse perhi-  
bétur? Sed sciéndum no-  
bis est, quod sæpe in sa-  
cro elóquio regnum cœló-  
rum præsentis témporis  
Ecclésia dicitur. De quo  
álio in loco Dóminus di-  
cit : Mittet Fílius hóminis  
Angelos suos, et cõlligent  
de regno ejus ómnia scán-  
dala. Neque enim in illo  
regno beatitúdinis, in quo  
pax summa est, inveniri  
scándala póterunt, quæ  
colligántur.

℞. Média nocte clamor  
factus est : \* Ecce sponsus  
venit, exite óbviam ei.  
℞. Prudentes Virgines  
aptáte vestras lámpades.  
— Ecce. Glória. Ecce.

Bened. Ad societátem.

Lectio ix.

**I**N quinque autem cór-  
poris sènsibus unus-  
quisque subsístit. Geminá-  
tus autem quinárius dená-  
rium pérficit. Et quia ex  
utróque sexu fidélium  
multitúdo colligitur, san-  
cta Ecclésia decem virgí-  
nibus símilis esse denun-  
tiáitur. In qua quia mali  
cum bonis, et réprobi cum  
eléctis admixti sunt, recte  
símilis virgínibus prudén-  
tibus et fáuis esse perhi-

bétur. Sunt namque ple-  
rique continétes, qui ab  
appetítu se exterióri cus-  
stódiunt, et spe ad inte-  
rióra rapiúntur, carnem  
mácerant, et toto desidé-  
rio ad supérnam pátriam  
anhélant, æténa præmia  
éxpetunt, pro labóribus  
suis recíperere laudes hu-  
mánas nolunt. Hi nimí-  
rum glóriam suam non  
in ore hóminum ponunt,  
sed intra consciéntiam  
cõtegunt. Et sunt plerí-  
que, qui corpus per absti-  
néntiam affligunt, sed de  
ipsa sua abstinentia hu-  
mános favóres éxpetunt.

Te Deum. 20.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Hæc est Virgo sá-  
piens, \* et una de número  
prudéntum.

Ps. Dóminus regnávít.  
cum reliquis. 21.

2. Hæc est Virgo sá-  
piens, \* quam Dóminus  
vigilántem invénit.

3. Hæc est quæ nescívit \*  
torum in delicto : habébit  
fructum in respectióne  
animárum sanctárum.

4. Veni elécta mea, \* et  
ponam in te thronum  
meum.

5. Ista est speciósá \* in-  
ter filias Jerúsalem.

Capitulum. 2. Cor. x. d

**F**Ratres, Qui gloriátur,  
in Dómino gloriétur.  
Non enim qui seípsum  
comméndat, ille probátus  
est : sed quem Deus com-  
méndat.

Hymnus.

**J**esu coróna Virginum,  
Quem Mater illa cón-  
cipit,

Quæ sola Virgo párturit :  
Hæc vota clemens áccipe.

Qui pergis inter lília,  
Septus choréis Virginum,  
Sponsus decórus glória,  
Sponsísque reddens præ-  
mia.

Quocúmque tendis, Vir-  
gines

Sequúntur, atque láudi-  
bus

Post te canétes cúrsi-  
tant,

Hymnósque dulces persó-  
nant.

Te deprecámur súpplíces ;  
Nostris ut addas sènsibus,

Nescíre prorsus ómnia  
Corruptiónis vúlnera.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In sæculórum sæcula.

Amen.

℞. Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. ℞. Proptérea  
benedíxit te Deus in ætér-  
num.

Ad Bened. Añæ. Símile  
est regnum cœlórum \* hó-  
mini negotiatóri quærénti  
bonas margarítas : invén-  
ta una pretiósá, dedit  
ómnia sua, et comparávit  
eam.

Oratio.

**D**eus, qui inter cétera  
poténtiæ tuæ mirá-  
cula étiam in sexu frá-  
gíli victóriam martyrii contu-  
lísti : concéde propítius, ut  
qui beátæ N. Virgínis et  
Mártýris tuæ natalítia có-  
limus, per ejus ad te exem-  
pla gradiámur. Per Dó-  
minum.

Alia Oratio.

**I**ndulgéntiam nobis,  
quæsumus Dómine,  
beátæ N. Virgo et Martyr  
implóret : quæ tibi grata  
semper éxstitit et mérito  
castitátis, et tuæ profes-  
sióne virtútis. Per Dñum.

Pro Virgine non Martyre.

Oratio.

**E**Xáudi nos Deus salu-  
táris noster : ut sicut  
de beátæ N. Virgínis tuæ  
festivitáte gaudémus, ita  
piæ devotiónis erudiámur  
afféctu. Per Dóminum.

Si fuerint plures, ad Be-  
nedictus, Añæ. Prudentes  
Virgines \* aptáte vestras  
lámpades : ecce sponsus  
venit, exite óbviam ei.

**V.** Adducéntur Regi Virgines post eam. **R.** Próximæ ejus afferéntur tibi.

**Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Virginum et Mártyrum tuárum **N.** et **N.** palmas incessábili devotióne venerári : ut quas digna mente non pòssumus celebráre, humilibus saltem frequentémus obséquius. Per Dóminum nostrum.

**AD TERTIAM.**

**Aña.** Hæc est Virgo sapiens.

**Capit.** Fratres, Qui supra. **R.** br. Spécie tua, \* Et pulchritúdine tua. Spécie. **V.** Inténde, prospere procéde, et regna. Et pulchritúdine. **Glória.** Spécie.

**V.** Adjuvábít eam Deus vultu suo. **R.** Deus in médio ejus, non commovébitur.

**Tempore Paschali.**

**R.** br. Spécie tua et pulchritúdine tua, \* Allelúia, allelúia. Spécie. **V.** Inténde, prospere procéde, et regna. Allelúia, allelúia. **Glória Patri.** Spécie.

**V.** Adjuvábít eam Deus vultu suo, allelúia. **R.** Deus in médio ejus, non commovébitur, allelúia.

**AD SEXTAM.**

**Aña.** Hæc est quæ nescívit.

**Capitulum.** 2. Cor. xj.

**E**Mulor enim vos Dei æmulatióne. Despón-di enim vos uni viro virginem castam exhibére Christo.

**R.** br. Adjuvábít eam, \* Deus vultu suo. Adjuvábít. **V.** Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus. **Glória.** Adjuvábít.

**V.** Elégít eam Deus, et præelégít eam. **R.** In tabernáculo suo habitáre facit eam.

**Tempore Paschali.**

**R.** br. Adjuvábít eam Deus vultu suo, \* Allelúia, allelúia. Adjuvábít eam.

**V.** Deus in médio ejus, non commovébitur. Allelúia, allelúia. **Glória Patri.** Adjuvábít.

**V.** Elégít eam Deus, et præelégít eam, allelúia.

**R.** In tabernáculo suo habitáre facit eam, allelúia.

**AD NONAM.**

**Aña.** Ista est speciósa.

**Pro Virgine et Martyre.**

**Capitulum.** Eccli. l. j. b

**D**omine Deus meus, exaltásti super terram habitatióne meam, et pro morte defluente deprecáta sum. Invocávi

Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ, et in tēpore superbórum sine adjutório.

**Pro Virgine non Martyre.**

**Capitulum.** Sap. iv. **O** quam pulchra est casta generatio cum claritate : immortalis est enim memoria illius : quoniam apud Deum nota est, et apud homines.

**R.** br. Elégít eam Deus, \* Et præelégít eam. Elégít. **V.** In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et præelégít. **Glória.** Elégít. **V.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

**Tempore Paschali**

**R.** br. Elégít eam Deus, et præelégít eam, \* Allelúia, allelúia. Elégít. **V.** In tabernáculo suo habitáre facit eam. Allelúia, allelúia. **Glória Patri.** Elégít. **V.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúia. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum, allelúia.

**IN II. VESPERIS.**

**Omnia ut in j. Vesperis [137] præter :**

**V.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea

benedixit te Deus in ætérnum.

**Ad Magnificat, Aña.** Veni sponsa Christi, \* accipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**II. ALLÆ LECTIONES PRO VIRGINIBUS.****In I. Nocturno.**

**Aliæ Lectiones pro Virgine et Martyre, ac pro Martyre tantum.**

De libro Ecclesiástici.

**LECTIO j. Cap. l. j.**

**C**onfitebor tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum. Confitebor nómini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditione, a láqueo linguæ iniquæ, et a lábiis operántium mendácium, et in conspectu astántium factus es mihi adjutor. Et liberásti me secúndum multitudinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus, præparátis ad escam, de máibus quæréntium ánimam meam, et de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me : a pressúra flammæ, quæ circumdedit me,

et in médio ignis non sum aestuata : de altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua iniusta.

**R.** Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in ætérnum : pro cuius amore sanguinem tuum fudisti, \* Et cum Angelis in paradiso introisti. **V.** Veni electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam. — Et cum Angelis.

**Lectio ij.**

**L**audabit usque ad mortem ánima mea Dominum, et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdedérunt me úndique, et non erat qui adjuvaret. Respicens eram ad adiutorium hóminum, et non erat. Memorata sum misericordiae tuæ Domine, et operationis tuæ, quæ a sæculo sunt : quóniam éruis sustinéntes te Domine, et líberas eos de manibus géntium.

**R.** Diffusa est gratia in lábiis tuis : \* Propterea benedixit te Deus in ætérnum. **V.** Specie tua et pulchritudine tua,

inténde, prospere procéde, et regna. — Propterea.

**Lectio iij.**

**E**xaltasti super terram habitatióem meam, et pro morte defluente deprecata sum. Invocaui Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatióis meæ, et in tempore superbórum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessiône, et exaudita est oratio mea. Et liberaisti me de perditióné, et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nómini Dómini. **R.** Specie tua. [145]

**In II. Nocturno**

Ex libro sancti Cypriáni Episcopi et Mártiris de disciplina et hábitu Virginum.

**Lectio iv.**

**Cap. ij.**

**N**unc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior glória est, major et cura est. Flos est ille ecclesiastici gérminis, decus atque ornámentum gratiæ spiritalis, læta índoles, laudis et honóris opus íntegrum atque incorruptum, Dei imágo respóndens ad

sáncetimóniam Dómini, illústrior pórtio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriósa fecúnditas : quantóque plus copiósa virginitas número suo addit, tanto plus gáudium matris augéscit. Ad has loquimur, has adhortámur affectiône pótius quam potestáte : non quod extrémí, et mínimi, et humilitátis nostræ admodum cóncscii áliquíd ad censuram licéntiæ vindicémus ; sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatióne timeámus.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : \* Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua et pulchritudine tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Et deducet.

**Lectio v.**

**N**eque inanis hæc cautio est, et vana formido, quæ ad salutis viam cónsulit, quæ Domínica et vitália præcepta custódit, ut quæ se Christo dicaverint, et a carnáli concupiscentia recedéntes, tam carne, quam mente se Deo vóverint, consúmmant

opus suum magno præmio destinatum : nec ornári jam, aut placere cuiquam, nisi Dómino suo, studeant, a quo et mercédem virginitatis expéctant, dicente ipso : Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadónes, qui ex útero matris sic nati sunt : et sunt spadónes, qui coacti sunt ab hominibus ; et sunt spadónes, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlórum.

**R.** Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea.

**Lectio vj.**

**D**enuo quoque per hanc Angeli vocem continéntiæ munus osténditur, virginitas prædicatur. Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquinaverunt : virgines enim permanserunt : hi sunt qui sequuntur Agnum quocúmque ierit. Neque enim tantum masculis continéntiæ gratiam Dóminus repro-mittit, et féminas præterit : sed quóniam fémina viri pórtio est, et ex eo

sumpta atque formata est, in Scripturis fere omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, et in masculo simul significatur et femina. Quod si Christum continentia sequitur, et regno Dei virginitas destinatur: quid est illis cum terreno cultu, et cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendant?

**R.** Afferentur Regi. [148]

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

**Lectio vij. Cap. xix.**

**I**N illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisaei tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi. **Homil. lxiij. in Matth. sub medium.**

**A**ominus noster, quia ad virginitatem hortari grave esse videbatur, a necessitate legis de non solvendo matrimonio, eos ad cupiditatem illius trahere studet. Deinde ut eam esse possibilem ostendat, sic inquit:

Sunt eunuchi qui ex ventre matris ita nati sunt, et sunt qui ab hominibus eunuchi facti sunt, et sunt qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum. Quibus verbis latenter eos ad eligendam virginitatem inducit, dum eam virtutem esse possibilem astringit.

**R.** Haec est Virgo sapiens quam Dominus vigilantem invenit, quae acceptis lampadibus sumpsit secum oleum: \* Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. **V.** Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obviam ei. — Et veniente.

**Lectio viij.**

**I**D autem hoc fere modo confirmat. Cogita tecum, si aut a natura talis esses, aut ab hominibus eam injuriam passus, quid faceres, cum et ejusmodi voluptate careres, et nullam carendo mercedem consequeris? Gratias igitur nunc Deo agas, quod cum mercede atque coronis idem sustines, quod illi sine coronis ac praemio tolerant: imo vero non idem, sed multo levius; tum quia spe erigeris, et conscientia recte

facti; tum quia non ita ingentibus concupiscentiae fluctibus jactaris.

**R.** Media nocte clamor factus est: \* Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes Virgines aptate vestras lampades. — Ecce. **Gloria Patri.** Ecce.

**Lectio ix.**

**C**UM ergo de illis eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se contineant, frustra et inutiliter tales sunt, ac de illis,

qui ut regnum caelorum consequantur, se continent, subjunxit rursus, dicens: Qui potest capere, capiat: ut alacriores efficiat eo ipso, quod grave esse opus ostendit, et ineffabili benignitate sua noluit eam rem intra necessitatem legis concludere: idque dicendo, adhuc magis possibilem esse demonstret, ut voluntatis studium plus augeatur. **Te Deum laudamus.** 20

